

ut naviculas submerget. *Rostro* est brevi. *Fistula* caret. *Corio*, duro, nigro, integitur, sine pilis, cui lepades, et ostrea haerentia aliquando reperiuntur. *Internae partes*, veluti in Delphino. In ventriculo mucus, spuma, aqua, alga foetida, ambra inveniuntur, ut exinde carnivoram non esse colligas. Vitulos vivos parit. Carnis nullus in Cibis visus, sola lingua commendatur, sale condita. Viginti tria saepe vasa ea impletur. Aristotelis esse, vel exinde colligitur, quod pro dentibus setas, quibus intus os hirsutum est, habeat. Plinius musculum marinum bene dixit, sed pro duce Balaenae male posuit.

PHYSETER, qui et *Physalus*, παρα τὸ φυσῆν, id est a flando dicitur, quod copiosorem aquarum eluviem praecaeteris efflare scribatur. Gesnerus eundem vel saltem affinem cum *Pusti*, qui πειρής, πείρης, et πείρηs dicitur, facit, quem vide. Diversum esse a *Physalo* maris rubri, ex descri-

ptione videre est. Magnitudine hic *Aelian. H. A. l. 3. c. 18.* adulti Gobionis, sine ore, cum bran- chias tamen habeat, pernicem ei qui gustaverit creat. Intumescit enim, tandemque ventris profluvio vita finitur. De *Descriptione* inter authores non convenit. Plinius ingentisque *Plin. H. N. 4. 9. c. 4.* columnae modo se attollere scribit. Solinus super antennas navium velis quondam diluvium eructare addit, quod Strabo commune cetis in mari *Strabo Geogr. l. 15.* extero circa Turdetaniam facit. Turnerus portentosae magnitudinis ce- tum facit, et singulos fe eorum tan- tum aquae e fistulis, quas in capiti- bus habent ejaculantes vidisse, ut singuli singulas naves aquarum copia in profundum submergerent, adjicit. Bellonius hoc solo a Balaenis differre, quod nullas praetenturas habeat, neque tam vasta corporis mole, figura- que sit magis tereti. Rondeletio est ore maximo, dentibus acutis, ferratis, lingua carnosa et magna, fistula longe quam reliquis crassiore, pin- guedine multa.

ARTICVLVS III.

De *Puste* et *Orca*.

Pastes a secando, quod perniciissime natet, dictus est. Perperam a Bellonio capite vasto, rotundo, et ca- cabi figuram exprimente describitur, quo modo namque aquam velociter fecaret? Rondeletio est rostro, valde longo, osseo, utrinque aculeato. Aculei validi sunt, et Delphinorum dentibus similes. Aloysius Cadamus- tus ferram aquaticam vocat, eaque in assumenta secari ligna scribit. Clu- sius ipfius formae ratione inter Galeos seu caniculas reponi debere af- firmat: eumque ita ex pictura de- scribit. Erat hic pifcis, inquit, cor- poris forma et colore Galeorum ge- neribus, aut Caniculae Aristotelis valde simili: nullis tamen maculis ut illa, conspersam cutim habens, perinde tamen rudem, et instar Zy- gaenae cutis asperam, fusi in dorso coloris, in ventre candicantis, et sex pinnas habet; in lateribus, me- dio videlicet paene corpore binas,

etc. Caput in longum et angustum, planum et firmum rostrum porrige- batur, utrinque cum iis dentibus, five ossis firmisque et rectis spinis, ex adverso sitis serrae instar mun- tum, viginti vel etiam pluribus, etc. Binos oculos in prona capitinis parte habebat, binas nares in supina, et in- fra illa oris scissuram, ut *Zygaenae* fere transversam. Reperitur ple- rumque in Oceano occiduo.

ORCA Latinis a vasis olearii aut vinarii similitudine dicitur. Quod- nam apud Graecos habeat nomen, vix compertum, nisi vocabulo Ory- gis apud Strabonem, quem in mari extero circa Turdetaniam, ponit, veniat. Bellonius ocyrum Oppia- ni esse credit, sed perperam. Thun- ni enim hic genus maximum. Del- phino est corpore toto vigesies cras- sior, potissimum circa ventrem: To- seo,